



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Instantia de fidei processione præstanda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

Reuerendiss. D. Episcopus Cremonensis. Adsum.  
 Reuerendiss. D. Episcopus Bergomensis. Adsum.  
 Reuerendiss. D. Episcopus Brixienfis, Adsum.  
 Reuerendiss. D. Episcopus Astensis. Adsum.  
 Reuerendiss. D. Episcopus Alexandrin. Adsum.  
 Reuerendiss. D. Episcopus Nouariensis, Procurator eius nomine. Adsum.  
 Reuerendiss. D. Episcopus Vercellen. Procurator eius nomine. Adsum.  
 Reuerendiss. D. Episcopus Albenfis. Adsum.  
 Reuerendiss. D. Episcopus Vintimilien. Adsum.  
 Reuerendiss. D. Episcopus Casalenfis.  
 Reuerendiss. D. Episcopus Lauden. Procurator eius nomine. Adsum.  
 Reuerendiss. D. Episcopus Saouonensis, Procurator eius nomine. Adsum.  
 Reuerendiss. D. Episcopus Vigleuanen. vacat Ecclesia.  
 Reuerendiss. D. Episcopus Placentinus.  
 Reuerendiss. D. Episcopus Albigaunen. vacat Ecclesia.

Tertio loco vocati sunt Testes synodales, alias pro hoc presenti sexto Concilio in vrbe, Diocesi, & Prouincia Mediolanen. deputati.

Vocatione vniuersa absoluta, cum ex his qui nominatim supra vocati fuerunt, nonnulli absint, R. Promotores pro muneri sui ratione ad Illustrissimum Metropolitanum accedunt, absentium contumaciam accusando.

Eius exemplū habetur supra in Actis. Concil. 1.

Audita Promotorum accusatione & requisitione, Illustriss. Dominus Metropolitanus Respondit. Admittimus, committimus, & decernimus.

Acquiescentes huic responsioni R. Promotores denuo instant pro fidei professione præstanda.

Instantia de fidei profess. præstan.

**I**llustrissime & Reuerendiss. in Christo Pater & Domine Metropolitanus, Sacrosancto Concilio Tridentini de-

creto constitutum & sancitum est, Reuerendissimos Episcopos, qui superioribus Concilijs Prouincialibus presentes non adfuerunt, nec propterea illa præstiterunt, quæ ex eadem Tridentina sanctione in Prouinciali Synodo, cui primùm interfuerint, ab his ipsis præstari oportet: Ideo ab Illustrissima & Reuerendissima Amplitudine tua petimus, in hoc Prouinciali Concilio sexto omnia & singula ab illis præstari ad præscriptum eiusdem Tridentinæ sanctionis, quam etiam legi inuitamus.

De mandato Illustrissimi D. Metropolitanus Concil. ambonem ascendens, Tridentinum decretum, & alterum ipsius Illustriss. D. de professione fidei enunciauit.

Decretum de profess. fidei.

**R**euerendissimi Episcopi, qui superioribus Concilijs Prouincialibus presentes non adfuerunt, nec propterea illa præstiterunt, quæ ex Tridentini Concilij sanctione, in Prouinciali synodo cui primùm interfuerint, ab ipsis ipsis præstari oportet, in hoc Prouinciali Concilio sexto omnia & singula à Tridentinis Patribus definita & statuta palam recipiant, veram obedientiam summo Pontifici Romano spondeant, simulque hæreses omnes publicè detestentur & anathematizent, fidem profitentes eisdem verbis, quibus ex formula à Pio Quarto Pontifice Maximo olim præscripta, Nos, & Coepiscopi nostri in Concilio Prouinciali primo Mediolanensi nostro iurati præstitimus, & professi sumus.

His decretis de scripto pronunciatis, Reuerendiss. D. Ioannes Episcopus Brixienfis, qui hætenus fidei professionem non præstitit, Mitra simplici & Pluuiali, vsupra dictum est, indutus, discedens è suo loco sessionali, præeunte Magistro Cæremoniarum, ad Illustriss. Metropolitanum pro huiusmodi professione accessit, & Mitra deposita ac genuflexus fidei professionem ad præscriptum formulæ Pij Papæ IIII. de libro quem Illustriss. Metropolitanus suis manibus tenebat, præstitit & iurauit.

His